meos a lácrimis, pedes meos a lapsu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

℣ In fine singulorum Psalmorum dicatur :

Réquiem ætérnam dona eis Dómine : * et lux perpétua lúceat eis.



Ant. PLACEBO Dómino in regi-ó-ne vi-vórum.

Ant. ij. toni ij.



HEU mihi. Ps. 119. Ad Dóminum cum tribu-



lárer clamávi : * et exaudívit me.

Dómine líbera ánimam meam a lábiis iníquis, * et a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est : * habitávi cum habitántibus Cedar : multum íncola fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus : * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Réquiem ætérnam...



Ant. HEU mihi, qui-a inco-látus me-us pro- lon-



gátus est.

Ant. iij. toni. viij.



DOMINUS. Ps. 120. Levá-vi